



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

259. Ut nullus Presbyter aut laicus pœnitentem invitet vinum bibere aut carnem manducare.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 125  
Helmestadiensi & Parisiensi. Nos, cum nihil  
certi nobis occurreret quod reponeremus, nihil  
temere presumendum censuimus. Si quis tamen  
hunc hiatum suppleri desiderat, utatur capite  
XXXII. Concilij Carthaginensis quarti.

Ut Episcopus in alterius Episcopi parræchia  
ordinationem non faciat. Ex Concilio  
Antiocheno.

CCLVIII. Episcopus alienam civita-  
tem, quæ non est illi subjecta, non adeat, nec  
ad possessionem accedat quæ ad eum non per-  
tinet, nec ordinationem ibi faciat, nisi forte  
cum consilio & voluntate regionis Episcopi.

Ut nullus Presbyter aut laicus pœnitentem  
invitet vinum bibere aut carnem mandu-  
care. Ex Capit. lib. 1. tit. C L I.

CCLIX. Ut nullus Presbyter aut laicus  
pœnitentem invitet vinum bibere aut carnem  
manducare, nisi ad præsens pro ipso unum vel  
duos denarios juxta qualitatem pœnitentiæ  
dederit.

Ut nullus Presbyter cartas scribat.  
Ex eodem.

CCLX. Nullus Presbyter cartas scribat,  
aut conductor sui senioris existat.

Ut nullus, contempta minore Ecclesia, ad  
potiorem aspiret. Ex synodo  
Meldensi.

CCLXI. Si quis de ordine sacerdotali,  
contemptu minoris Ecclesiæ, ambitiosè & im-

Concil. An-  
tioch. c. 22.  
Burchard. lib.  
1. c. 71.

Lib. 1. Capi-  
tular. c. 157.

Lib. 1. Capi-  
tular. c. 158.  
Riculf. c. 15.

Concil. Meld.  
c. 30.

Burchard. lib.

3. c. 48.